UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

154. Iesus, cruce primùm in ipsius, deinde in Simonis Cyrenaici humeros imposita, ad locum supplicij ducitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

CAP. 154. IESVS *cruce primùm in ipſius, deinde in Simonis Cyrenaici humer[o] impoſita, ad locum ſupplicij educitur. Matth. 27.* * 152. *Mar. 15.* * 152. *Luc. 23.* * 151. *Iohan 19.* * 153.

S. Matthæus.	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohan[nes]*
ET poſtquá illuſe-rũt ei, exuerũt eũ chlamydẽ: & induerũt eũ veſtimẽtis ei⁹, & duxerunt eum vt crucifigerent. Euntes autem inuenerũt hominem Cyrenæũ, nomine Symonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. * 156.	ET poſtquam illuſerunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum veſtimentis ſuis, & educunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prætereũtem quẽpiam, Simonem Cyrenęum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius. * 156.	ET cùm ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenenſem venientem de villa: & impoſuerunt illi crucem portare poſt Ieſum. * 155.	SVſce[perunt] ... runt ... tem Ie[ſum] ... & edu[xe]runt. * ...

CAP. 155. *Chriſtus monet mulieres illum ſequentes, ne vicem eius lacrymantes doleant, ſed ſuam ipſarum atque liberorum. Luc. 23.* * 154.

S. Matthæus	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohan[nes]*
		SEquebatur autem illum multa turba populi & mulierum: quæ plangebant & lamentabantur eum. Cõuerſus autem ad illas Ieſus, dixit, Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me: ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros. Quoniam, ecce, venient dies in quibus dicent, Beatę ſteriles, & ventres qui non genuerunt, & hubera quæ nõ lactauerunt. Tunc incipient dicere mõtibus, Cadite ſuper nos: & collibus, Operite nos. Quia ſi in viridi ligno hęc faciunt: in arido quid fiet? Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. * 156.	